Noverint universi quod nos gabriel stelrich matheus font mosco et Joannes femenia de Hero anno presenti Jurati presentis ville sancte
margarite habentes ad infrascripta peragenda plenam et sufficiens posse mediante consilij determinatione celebrati indicta villa sub die
mensis anno non dolo vi vel metu inducti seducti nec in aliquo circumventi sed gratis et scienter ad bene videlicet meliorandum cultu
randum et in aliquo non deteriorandum damus stabilimus et in emphiteozim perpetuam concedimus et tradimus vobis domine margarite vidue
Joannis stelrich de alcudia quondam presenti et vestris perpetuo quoddam clausum terre dictum lo hort nou de pertinentijs possessionis de alcudiola que
fuit Joannis monjo dicti de alcudiola in termino dicte ville situatum tentum sub allodio directo dominio et iurisdictione caballariarum magnifici
petri raymundi cafortesa domicelli de maioricis ad presentationem fathice decem dierum et ad mercedem de laudimio et ad vigesimum de decimo per
iuratos dicte ville antecessores nostros empte per curiam magnifici petri raymundi cafortesa in civitate maioricis sub die decima octava mensis novembris
anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo et affrontatum dictum clausum sive closet terre quod vobis stabilimus ex una parte cum camino per quem itur
a presenti villa sancte margarite ad villam de Arta et ex alia parte cum quintana comuni de alcudiola et ex alia parte cum clauso terre vestro dicte ac
quisitrici predicte itaque clausum terre pro ut superius affrontatur includit et terminatur cum omnibus introitibus proprietatibus terminis tenedo
nibus pertinentijs introitibus et exitibus suis et generaliter cum omnibus alijs universis et singulis ad dictum stabilimentum pertinentibus et
spectantibus vobis stabilimus sub tali tamen pacto et conditione quod pro cens et melioramento inde exeuntibus detis et solvatis vos et vestri nobis
et nostris dictis nominibus et seu veris universitati presentis ville a die tertia decembris anni 1591 proxime preterita ad unum annum et abinde anno
quolibet et perpetuo dicta die quinque solidos monete maioricis censualium et rendualium tantum in presenti villa sancte margarite cum pedagio quinque so
lidorum per vos vel vestros more solito solvendorum cum iam a dicto anno 1591 possideatis dictum clausum terre virtute traditionis vobis fac
te curritore presentis ville mediante pro dicto pretio quos possitis redimere et quitare in duabus equalibus quitationibus ad rationem de octo pro
centenario francho et quitio et ex pacto non possitis deserire nec desemparare dictam terram quin prius redimeritis quartem partem dicti
cens in his vero non proclametis neque eligatis vos seu vestri alium dominum seu dominos nisi tantum dictum magnificum allodiarium et suos liceat que
vobis et vestris post dies decem ex quo seu quibus fathicati fueritis presentem acquisitionem vestram una cum omnibus melioramentis et
augmentis ibidem factis et de cetero faciendis dare vendere stabilire impignorare et aliter alienare in deque facere de predictis que
vobis stabilimus vras et vestrorum omnimodas voluntates salvo tamen semper in predictis iure directo allodiali dominio laudi
mio fathica iurisdictione ac scribania propria dicte caballarie et suorum promittentes et fide bona convenientes vobis et vestris quod predicta
que vobis stabilimus faciemus vos et vestros et quos volueritis semper facere habere tenere et in sana pace perpetuo possidere
et teneri de evictione et de omni damno ac etiam interesse littis et extra pro quibus quidem omnibus et singulis supradictis sic
complendis et adimplendis obligamus vobis et vestris omnia et singula bona dicte universitatis et illius singularium presentia et fu
tura ubique sint pro intrata vero huiusmodi stabilimenti confitemur et in veritate recognoscimus habuisse et recepisse quinque so
lidos monete maioricis numerando omnimode voluntati nostre unde renuntiando exceptioni dicte pecunie non numerate non habite et non
recepte et doli mali Et hic presens ego iamdicta margarita stelrich vidua et dictum stabilimentum acceptans promitto dictam terram
bene meliorare culturare et in aliquo non deteriorare dictumque cens anno quolibet dicta die vobis solvere cetera que omnia et sin
gula superius dicta et narrata attendere servare et complere pro quibus omnibus et singulis supradictis sic complendis et attendendis
obligo vobis et vestris omnia et singula bona mea presentia et futura ubique sint Renuntians quantum ad hec libelli oblationi messium
ferijs et vindemiarum dilationibus Et foro meo proprio et privilegio eiusdem submittens me et omnia bona mea foro districtuj coertioni et
iurisdictioni iudicij et curie dictarum caballariarum in posse cuius promitto ius facere illius iurisdictionem in me prorogando et
consentiendo quod fuit actum maioricis die videlicet trigesima prima mensis augusti anno a nativitate domini millesimo quingentesimo nonagesimo tertio
Sig+++na nostra gabrielis stelrich mathei font mosco et Jo. femenia de Hero Juratorum stabilitorum Sig+num meum marga
rite stelrich acquisitricis predictorum qui hec laudamus concedimus et firmamus

Testes huius rei sunt Jacobus riera dierum major et guillermus curana sancte margarite in quorum presentia
dicti stelrich et font iurati firmarunt et dicta stelricha acceptavit et testes firme Joannis femenia iurati qui
dicta die firmavit sunt magnificus ac reverendus do. antonius pelegri rector sancte margarite et gregorius alos dicte ville

penes me Andream Carelles notarium

121
PERG-121

[illegible] de [illegible] firmar [illegible]
[illegible] a margarida [illegible]
[illegible] 58 [illegible]
[illegible]

Alcudiola

121

No. 4